



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. LIII. Dei clementiſſima parens ab aeternis poenis mulierem,
domito cacodaemonum furore, eripit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

MIRAC. VIRG. LIIII.
*Dei clementissima parens ab aeternis poenis mulierem, do-
 mito cacodaemonum furore, eripit.*

Mulier, cuius uita parum honesta prius fuerat, in eo tamen laudem maximam merebatur, quia quotidie mira animi submissione Virginem salutatum ibat. Illud unum deinde boni ab eadem prouenerat; quod Virgini consecrato die semel tantum a deius memoriam sanctè colendam, à sacerdote rem diuinam faciendam curauerat. Ad uitae exitum uocata, hunc cum sacratissima Virgine sermonem habuit: Pietatis mater, misericordiae tutum per- fugium, etsi nihil unquam in tota aetate piū, aut bo- num à me profectum est; te tamen in me supplicem, & ante sanctissimos tuos pedes abiectam misericordia usuram confido. Interim eam oritur; cuius animam quāuis eripere cacodaemones statuisserint, non tamen, uti aggressi fuerant, successit. Eam. n. uti sibi addictā secum regina coeli abduxit. Conquerebantur ad- uersarij, se suo fraudatos. At ipsa Virgo respondit, nullum impijs in ea muliere ius esse, cui mos fuerat Angelicae salutationi operam dare, & quae se, dum animam efflaret, Dei matri commendarat. Ad non illi diffitebantur; sed ad eò graueis illius culpas esse cla- mabant, ut tam paruo bono rependi minimè possent. Eorum argumenta ab ea, quae hominum generis par- teis agit, refellebantur. Etenim sacrosancta obfirma- tione ipsa testabatur, nunquam aeternis poenis dan-

natum iri quenquam, cuius ad se colendā aliqua ani-
mi propensio fuisset. Id scelesti audientes, qui malè
lucem oderant, è praeclarissimi luminis aspectu re-
pentè auulsi ad inferas, & tenebricosas regiones effu-
gerunt.

MIRAC. VIRG. LV. IV

*Augustissimum Mariae nomen aurib. cacodaemones ne-
queunt excipere.*

SEcesserat à fragilium, caducarum, mortaliumq.
rerum cogitatione casta, & pudica mulier; quā
diù falsa imagine impius omnium bonorum ho-
stis eludit. Ille. n. coelestis ministri formam gerens, fi-
ctoq. ac mentito splendore collucens saepius amice
simplicem alloqui, & cum ea longos sanè sermones
habere. Interrogata ipsa à pio, & integro sacerdote,
uti se haberet; respondit, praeclarè, & feliciter secum
agi, cui quotidie ab Angelo plurima salus diceretur;
à quo saepe occulta coelestia expromebantur. Prudēs
sacerdos, qui sciebat à tenebrōsis Angelis quandoq.
Angelorum lucis imaginem capi, illam amanter mo-
nuit, ut si amplius ab illo inuiseretur, diligenter ue-
rum exploraret. Docuit eo tempore, quo se in con-
spectum Angelus dabat, Deum obsecrādum, ut eo-
dem momento Virginem sanctissimam propriis ocu-
lis aspicere liceret. Purissimam Dei matrem si uidere
contigisset, edixit mulieri, ut ad eius pedes submissè
conclideret; ac si ea in cōspectu sisteret, se uerè ab An-
gelo salutari pro certo habendū. quòd si regina nihil

commo-